

+

BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO

del
OBISPADO DE MALLORCA.

OBISPADO DE MALLORCA.

Deseando facilitar á los fieles de nuestra Diócesis el cumplimiento del precepto pascual en el presente año, y evitar á los confesores la molestia de tener que recurrir á nuestra autoridad para las facultades extraordinarias que suelen necesitar con mayor frecuencia durante la cuaresma, hemos venido en resolver que todos los sacerdotes habilitados para oír confesiones puedan desde esta fecha hasta el segundo domingo despues de Pascua inclusive absolver de los pecados á Nos reservados.

Palma 31 de Enero de 1883.—MATEO, *Obispo de Mallorca.*

ASOCIACION DE SAN JOSÉ

para fundar y sostener escuelas gratuitas nocturnas de Doctrina Cristiana é Instruccion primaria en obsequio de los niños y jóvenes obreros pobres de Palma, bajo la proteccion del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.

ESTADO de los fondos de la Asociacion en 31 Diciembre de 1882.

Recaudado.	14.075 rs. 79 cts.
Gastado.	14.619 » 54 »
<hr/>	
DÉFICIT.	543 rs. 75 cts.

DONATIVOS

EN CADA UNO DE LOS MESES DE 1882.

Enero.

Cepillo de la Almudaina.	24 rs. 50 cts.
Idem de Santa Eulalia.	74 » 00 »
Idem de Santa Cruz.	61 » 00 »
Idem de San Jaime.	90 » 00 »
Idem de San Miguel.	37 » 25 »
Idem de San Nicolás.	62 » 00 »
M. I. Sr. D. Luis Barbarin.	100 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Juan Garau Pbro.	120 » 00 »
Por id. de D. Andrés Piña.	3 » » 00

Febrero.

Cepillo de la Almudaina.	19 rs. 75 cts.
Idem de Santa Eulalia.	76 » 15 »
Idem de Santa Cruz.	59 » 00 »
Idem de San Jaime.	96 » 10 »
Idem de San Miguel.	38 » 00 »
Idem de San Nicolás.	45 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
Por id. de D. Juan Bestard.	80 » 00 »
D. Ignacio Ferragut.	200 » 00 »
» Damian Planas.	20 » 00 »

Marzo.

Cepillo de la Almudaina.	21 rs. 50 cts.
Idem de Sta. Eulalia.	76 » 00 »
Idem de Santa Cruz.	60 » 30 »
Idem de San Jaime.	93 » 00 »
Idem de San Miguel.	38 » 40 »
Idem de San Nicolás.	42 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »

Abril.

Cepillo de la Almudaina.	20 rs. 80 cts.
Idem de Santa Eulalia.	75 » 00 »
Idem de Santa Cruz.	60 » 20 »
Idem de San Jaime.	86 » 00 »
Idem de San Miguel.	30 » 80 »
Idem de San Nicolás.	41 » 00 »
M. I. Sr. D. Luis Barbarin.	500 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
D. Luis Vallespir Pbro.	40 » 00 »
» Tomás Sastre Pbro.	40 » 00 »
» Juan Lladó Pbro.	8 » 00 »
Bandeja el día de la fiesta.	272 » 00 »
Por mano de D. Eriberto Cusa Pbro.	8 » 00 »

Mayo.

Cepillo de la Almudaina.	14 rs. 80 cts.
Idem de Santa Eulalia.	79 » 00 »
Idem de Santa Cruz.	47 » 50 »
Idem de San Jaime.	82 » 00 »
Idem de San Miguel.	58 » 00 »
Idem de San Nicolás.	32 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.	1000 » 00 »

Junio.

Cepillo de la Almudaina.	19 rs. 00 cts.
Idem de Santa Eulalia.	75 » 20 »
Idem de Santa Cruz.	61 » 50 »
Idem de San Jaime.	84 » 80 »
Idem de San Miguel.	31 » 00 »
Idem de San Nicolás.	53 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
D. Tomás Sastre Pbro.	40 » 00 »

Julio.

Cepillo de la Almudaina.	27 rs. 75 cts.
Idem de Santa Eulalia.	66 » 50 »
Idem de Santa Cruz.	48 » 75 »
Idem de San Jaime.	76 » 00 »
Idem de San Miguel.	28 » 50 »
Idem de San Nicolás.	33 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
Por id. de D. E. Cusa Pbro.	8 » 00 »

Agosto.

Cepillo de la Almudaina.	10 rs. 50 cts.
Idem de Santa Eulalia.	80 » 50 »
Idem de Santa Cruz.	50 » 00 »
Idem de San Jaime.	85 » 00 »
Idem de San Miguel.	32 » 80 »
Idem de San Nicolás.	44 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
D. Tomás Sastre Pbro.	40 » 00 »

Setiembre.

Cepillo de la Almudaina.	20 rs. 50 cts.
Idem de Santa Eulalia.	53 » 30 »
Idem de Sta. Cruz.	71 » 00 »
Idem de San Jaime.	49 » 00 »
Idem de San Miguel.	20 » 00 »
Idem de San Nicolás.	50 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	4 » 00 »

Octubre.

Cepillo de la Almudaina.	25 rs. 00 cts.
Idem de Santa Eulalia.	67 » 50 »
Idem de Santa Cruz.	36 » 00 »
Idem de San Jaime.	61 » 00 »
Idem de San Miguel.	24 » 80 »

Idem de San Nicolás.	40 rs. 00 cts.
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »

Noviembre.

Cepillo de la Almudaina.	29 rs. 50 cts.
Idem de Santa Eulalia.	75 » 20 »
Idem de Santa Cruz.	29 » 00 »
Idem de San Jaime.	45 » 30 »
Idem de San Miguel.	45 » 30 »
Idem de San Nicolás.	46 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
D. ^a Juana Ana Bestard.	20 » 00 »
D. Luis Vallespir Pbro.	40 » 00 »
Por mano de D. Eriberto Cusa Pbro.	16 » 00 »

Diciembre.

Cepillo de la Almudaina.	23 rs. 00 cts.
Idem de Santa Eulalia.	96 » 40 »
Idem de Santa Cruz.	45 » 50 »
Idem de San Jaime.	80 » 50 »
Idem de San Miguel.	34 » 90 »
Idem de San Nicolás.	50 » 00 »
D. ^a F. P. de F.	22 » 00 »
Por mano de D. Andrés Piña.	2 » 00 »
Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.	1000 » 00 »
P. D.	40 » 00 »
Conferencias de San Vicente de Paul, sub- vencion por los meses de Julio, Agosto y Setiembre.	210 » 00 »

Resúmen

de lo recaudado por suscripciones y donativos
desde 1.º Enero á 31 Diciembre de 1882.

Meses.	Suscripciones.	Donativos.
Enero	511 rs.	593 rs. 75 cts.
Febrero	398 »	658 » 00 »
Marzo	594 »	355 » 20 »
Abril	626 »	1205 » 80 »
Mayo	425 »	1337 » 30 »
Junio	457 »	388 » 50 »
Julio	382 »	312 » 50 0
Agosto	406 »	364 » 80 »
Setiembre	459 »	289 » 80 »
Octubre	425 »	278 » 30 »
Noviembre	650 »	370 » 30 »
Diciembre	572 »	1604 » 30 »
SUMAS.	5905 rs.	7758 rs. 55 cts.

**NOMBRES DE LOS SRES. SUSCRIPTORES, QUE PAGAN AL MES
DESDE 1 á 80 REALES VELLON.**

- D.º M. A. J.
 M. I. Sr. D. Tomás Rullan.
 » » » » Guillermo Puig.
 » » » » Lorenzo Despuig.
 D. Jorge Martorell.
 » Ignacio Ferragut.
 » Guillermo Ferragut.
 » Fernando Urrech.
 » Damian Planas.
 » Ramon Ballester.
 » Juan Catalá.
 » Juan Miserol.
 » Antonio Bauzá.
 » Gabriel Artigues.
 » Juan Estelrich.
 » Antonio Oliver.
 » Antonio Vaquer.

- D. Antonio Jaumé.
 » Bartolomé Borrás.
 D.^a Concepcion Dezcallar.
 D. Antonio Cladera.
 » José Villalonga.
 M. I. Sr. D. Pedro Juan Juliá.
 » « « « Joaquin Dameto.
 » « « « Magin Vidal.
 » « « « Juan Maura.
 » « « « Pedro Noguera.
 » « « « Luis Gamundi.
 » « « « José Muntaner.
 D. Juan Pujol.
 » Andrés Verd.
 » Miguel Frau.
 » Juan Reus.
 » Rafael Tous.
 » Matias Compañy.
 » Jaime Jaume.
 » Nicolás Oller.
 » Gabriel Fuster.
 D.^a María Forteza.
 » Dorotea Valenti.
 D. Nicolás Dameto.
 » Nicolás Dameto Cotoner.
 » Fernando Dameto.
 » Francisco Piña.
 » José Fortuñy.
 » Gerónimo Massanet.
 » Bartolomé Tolrá.
 » Miguel Llompart.
 » Pedro Morell.
 » Luis Piña.
 » Tomás Cortés.
 » Jaime Ferrer.
 » Miguel Miralles.
 » Miguel Ribas de Pina.
 » Pedro de Veri.
 D.^a Gertrudis Humbert.
 D. Miguel Llompart.
 » Pablo Tomás Rosselló.
 » Juan Palou.
 » Gerónimo Ferrer.
 Sr. Marqués de Vivot.

- D. Juan Miguel Sureda.
 D.^a Ana Sureda.
 » Bárbara Fortuñy.
 D. Cirilo Ramis.
 » Luis Estades.
 D.^a Josefa Torres de Contesti.
 D. Jaime Bosch.
 » Pedro Juan Rousset.
 » Juan Antich.
 » Francisco Santaella.
 D.^a M. B.
 D. Bernardo Obrador.
 » Tomás Aguiló.
 M. I. Sr. D. Teodoro Alcover.
 D. Juan Cortey.
 » José Amengual.
 » Sebastian Font.
 D.^a Magdalena Sureda.
 D. Miguel Binimelis.

Añadiendo á lo recojido por suscripciones y donativos 412 rs. 24 cts., existencia que habia en 31 Diciembre de 1881, resultan los 14075 rs. 79 cts. recaudados el presente año; y deduciendo de esta partida lo gastado durante el mismo año por gas, petróleo, papel, libros, plumas, premios ordinarios y extraordinarios, alquileres de las casas de las calles de los Olmos, Apuntadores y Sindicato, subvencion entregada por la de la calle del Call etc., etc., ó sean 14.619 rs. 54 cts. resulta un déficit para el año próximo de 543 rs. 75 cts.

Palma 31 Diciembre de 1882.—EL TESORERO, Antonio Cladera Pbro.—V.^o B.^o EL PRESIDENTE.—Tomás Rullan, Maestrescuela.

SALMANTICEN

PRAEDICATIONIS

Die 22 Aprilis 1882.

In Cathedrali Ecclesia Salmaticen. mos invaluerat. ut quadraginta circiter conciones per annum haberentur, quarum maior pars, a priscis temporibus, plurimis Ordi-

nibus Religiosis in Urbe Salmanticensi existentibus incumberebat. His extinctis cum unico Canonico Magistrali omnium concionum onus imponi non potuerit, iam illud per idoneos Sacerdotes, qui sponte ad hoc sese offerebant, vel fabricae Cathedralis Ecclesiae, vel mensae capitularis sumptibus persolvebatur. At cum hi redditus hisce temporibus deficere incoepissent, et assignatio Fabricae Ecclesiae statuta, et exigui mensae capitularis proventus insufficientes essent ad divinum cultum explendum, praesertim post novissimam conventionem initam anno 1851 inter S. Sedem et Hispaniarum Gubernium, Canonici Ecclesiae Cathedralis huiusmodi necessitati obvenire unanimiter censuerunt. Quapropter regali quadam dispensatione, data sub die 31 Iulii ann. 1852 cum Rmi. in Hispaniarum regnis Apostolici Nuntii consilio canonici innixi, onera concionandi Praebendis seu Canonicatibus (vulgo de officio dictis), scilicet praeter Theologum, Doctorali ac Poenitentiaro una simul cum Episcopo imponere coeperunt.

Res sic se habebant, quando ob promotionem Canonici Ioseph de la Cuesta Canonicatu Lectorali vacato Episcopus sub die 6 Iulii ann. 1866 concursum literis edictalibus indixit, sequentia munera ab eligendo obeunda praescribens: «Electus praeter onera omnibus canonicis communia, illud quoque habet ut in Conciliari seminario, iuxta prudens Praelati iudicium Scripturam Sacram vel Theologiam doceat; ac praeterea ut in hac Cathedrali Ecclesia, conciones quatuor quotannis habeat; quod si ipse *aberit*, ab eo, quem Capitulum Episcopo consulto nominaverit, propriis expensis illa munera adimpleantur...» Ad tramitem Constitutionis, Benedicti XIII quae incipit *Pastoralis* peracto concursus periculo Ecclesiae Cathedralis Salmaticensis Canonicus Theologus est renunciatus Dominus Alexander a Torre et Velez, qui munera omnia canonicatui adnexa rite explevit, et praedictum concionandi onus, si excipias duos novissimos annos, quibus gravissimo intercedente morbo, per ipsum Capitulum ab hoc onere relaxatus fuit, per quindecim annos; nempe priores septem, dum potens fuit, per seipsum; posteriores sex, dum aegre et difficulter et adversa valetudo probari nequiret, per alium et propriis expensis adimplevit.

Res ita incoeptae usque ad annum 1881 pacifice processerunt, quo vertente, sub die 16 Februarii Canonicus

Alexander a Torre et Velez supplicii oblato libello ad Sa-
 cratissimum Principem, quo sospite laetamur, adivit haec
 exponens:... «Praeter proprium in Seminario, tum Sa-
 »eram Scripturam, cum Theologicam Disciplinam, ad
 »nutum Episcopi legentius munus: hic omnino insolitum,
 »quatuor per annum in Cathedrali conciones habendi
 »onus, quindecim abhinc annis Praebendae superaddi-
 »tum; eo tantum pacto, ut, in casu absentiae, substitutus
 »a Capitulo, annuente quidem Episcopo, pro utroque
 »obeunda subrogetur, absentis tamen expensis suffragan-
 »dus: quibus ex litteris convocatoriis pro officio adipis-
 »cendo depromptis, humillime petit. An, in casu etiam
 »infirmittatis, praedictis litteris non expresso, dummodo
 »vel notorius, vel saltem medici testimoniis sit compro-
 »batus, tenentur ad nuper impositum onus concionandi
 »per alium, et propriis certe expensis, subeundum?»

Ut primum hasce preces accepi, statim rescribendum
 de more censui.—*Episcopo pro informatione et voto,
 audito Capitulo in scriptis.*» Quibus mandatis Episco-
 pus obsequens, praeter Capituli deductiones oratoris pre-
 cibus contrarias, litteras informatorias die 10 Iulii anni
 1881 transmisit, ubi haec notatu digna reperiuntur:...
 «In praebenda lectorali, de qua agitur providenda, tam
 »Antecessor meus quam Capitulum iure inconcusso usi
 »sunt onus quatuor concionum in Cathedrali habenda-
 »rum ultra ipsius praebendae proprias obligationes im-
 »ponendo; nam ad id facultatem praebet legislatio inter
 »utramque potestatem conventa, quae a Concordato 1851
 »emanavit. Hoc onus hodie in Hispania imponi potest
 »non solum canonico theologo sed etiam poenitentiario
 »et doctorali.

«Hoc posito, tota controversia in praesenti casu sistit
 »in valore contractus, qui ad provisionis tempus celebra-
 »tus est inter Lectoralem Oratorem et Episcopum atque
 »Capitulum. Ut de huius contractus valore terminisque
 »tutius possit iudicari, testimonium edicti ad provisionem
 »huic meae responsioni adiungendum duxi.

»Praeterea non incongruum erit, si dicam, in poeni-
 »tentiaria et doctorali, quae simile onere gravatae sunt,
 »interpretationem, quam defendit orator, non valere;
 »quia poenitentiarius et doctoralis semper suis expensis
 »conciones, ad quas veniunt obligati, haberi curant, quo-
 »tiescumque ipsi praedicare non possunt sive propter
 »absentiam à civitate, sive propter aliud impedimentum,
 »dum in civitate resident.»

«Quibus habitis die 18 eiusdem mensis et anni assuetum »decretum editum fuit: *Ponatur in folio et notificetur Episcopo etc.*

Omnibus rite absolutis quaestionem hanc hodiernis in comitiis disceptandam esse mandavi sub dubii formula in calce huius libelli scripta. Hinc pro meo munere rationum momenta summam referre operae pretium est quae tam a Canonico Theologo, quam a Capitulo mihi in scriptis exhibita fuerunt.

Ac praepremis Canonicus a Torre et Velez edisserit quod onus quatuor concionum annuatim habendarum ex edictalibus concursus literis ipsi impositum propriis expensis per Sacerdotem Substitutum in casu infirmitatis adimplere haud tenetur. Quod ut efficaciter evincat, praemonet huiusmodi onus neque ex generali Ecclesiae lege neque ex particulari Hispaniae disciplina, neque ex conciliis vel antiqua Provinciae Compostellanae praxi descendere, sed ex litteris concursus convocatoriis quindecim tantum ab hinc annis originem ducere, quas ipse accepto habuit. «Onus igitur, sunt oratoris verba, praedicandi ultra ius praebendae recens superadditum nullam etiam obligandi vim inferre consequens est, praeter illam quam littera exprimit: quae utpote pactitiae conventionis speciem praeseferens, ad pacti condiciones spendenda.»

Quo posito noti iuris est in quibuscumque conventionibus et contractibus plus eo, quod in stipulationem venit, peti non posse. Cum igitur explorati facti sit quod Canonicus a Torre et Velez canonicatus lectoralis possessionem nanscendo hoc unum ad promiserit, ut scilicet in solo *absentiae* casu onus quatuor concionum propriis expensis per Substitutum a Capitulo adprobatum explevisset; sponte sua fluit in vim enunciatae iuris regulae ipsum in *infirmitatis* casu ad huiusmodi oneri per substitutum et suis expensis satisfaciendum haud teneri. Quandoquidem contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur, tradit *Reg. LXXXV de Reg. Iuris in 6*, cui concinit *l. 1 Contractus 23 ff. de R. I.*

Neque regeas sub generali *absentiae* nomine *infirmitatis* quoque casum comprehendi. Huic siquidem offensionem orator occurrit animadvertens de onere imponendo seu de re odiosa in themate agi, quae proinde non est late, sed stricte interpretanda, ad tradita per *Reg. XV de Reg. Iuris in 6* «ibi» *Odia restringi et favores convenit ampliari*. Quam regulam praesertim in casu prae-

oculis habendam esse censet, ex eo quod substitutio a canonico titulari propriis expensis facienda quamdam poenae speciem induit. Audi sane quid ad rem orator perhibet: «Hoc (pactum) autem in onerosis stricte interpretandum, cum, natura duce, et civile et canonicum ius uno ore proclamet a casu absentiae in littera expresso, ad alios praesertim infirmitatis transferre absonum est eo maxime quod subrogatio substituti a Capitulo in casu absentiae expensis vero Lectoralis facienda, instar poenae sit, ut laudatus Theologus ab absentiae cohibeatur.»

Verum et hoc praetermisso traslatitium in iure est quod cum omnibus circumstantiis perpensis rei veritas vel intentio disponentis non satis verisimiliter apparet, quod minus obligat, vel minus gravat, eligi debeat. Scalet id mirum in modum ex *Reg. XXX de Reg. Iuris in 6* «ibi» in *obscuris minimum est sequendum*. Concordat *l. semper in obscuris 9 ff. de R. I.* et desumitur ex *l. semper in stipulationibus 36 ff. de Reg. Iur.* ubi Gloss. haec observat—ibi—«semper in stipulationibus et in coeteris contractibus id sequimur quod actum est: aut si non appareat quid actum est, erit consequens ut id sequamur quod in Regione in quo actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque Regionis mos apparet, quia varius fuit? Ad id quod minimum est, redigenda summa est.» Cum igitur in themate dubium sit num sub absentiae nomine infirmitatis quoque casus veniat, sequitur quod Canonicus é Torre et Velez neminem subdelegare tenetur qui suo loco praedicationis oneri incubat, cum ipse infirmitate laborat.

Inani autem labore ad praescriptionem confugeretur ex eo quod orator perdurante infirmitatis statu per sex annos substituti opera et propriis expensis huiusmodi onus expleverit, quandoquidem lapsus temporis quo haec evenerunt adeo brevis est, ut ex eo nulla praescriptio contra oratoris iura argui valeat. Sed praeter hoc praescriptio in themate non currit, quia Canonicus Lectoralis ex errore id fecisse videtur. Minusque opponere iuvaret quod ex huiusmodi oneris relaxatione caeteris Canonicis damnum obventurum foret, orator enim observat quod ipse *Praebendatis et etiam omnibus Canonicis antiquior cum sit posteriorum iura laedere nequit.*

Tandem neque difficultatem facessere videtur resolutio ab H. S. C. in *Pacen, Iuris die 31 Ianuarii 1874* edita, ubi proposito dubio «*An Canonici Ecclesiae Pa-*

censis ad Praedicationis munus teneantur in casu responsum fuit; *Affirmative ad normam statutorum et praxis in Ecclesia vigentis.* Haec enim controversia ab ea quae tunc temporibus agilabatur non parum absimilis esse videtur. Sane praedicationis obligatio Canonice Ecclesiae Pacensis tunc imposita ex statutis et veteri consuetudine erumpebat. In praesenti vero questione de Canonici Lectoralis concionandi onere statuta Capituli omnino lacent.

Relate vero ad consuetudinem haec orator animadvertit; «Neque ulla consuetudo in contrarium... adduci potest... cum ex quindecim annis a praedicto concionandi onere imposito, priores septem, dum potens fuit, illud per seipsum; posteriores sex dum aegre et difficulter et adversa valetudo probari nequiret, per alium et propriis expensis adimplevit; donec in postremis duobus, gravissimo intercedente morbo etiam convalescens, ab ipso Capitulo infirmitatis causa, illo ab onere fuit relaxatus.» Res cum ita se habeant concludi posse videtur Canonicum a Torre et Velez non teneri onus quatuor concionum per substitutum et propriis expensis persolvere, quoties ipse ab huiusmodi munere obeundo infirmitatis causa est impeditus.

Ex altera vero parte Capitulum Ecclesiae Salmanticensis totis nervis evincere studet Canonicum Lectoralem teneri propriis expensis in casu infirmitatis onus quatuor concionum per substitutum explere; ex eo quod ad id voluntarie per obligationem se devinxit, praebendam lectoralem acceptando, cui huiusmodi onus per edictales litteras ab Episcopo consentiente et approbante Capitulo, superadditum fuerat. Porro quemlibet ad illam obligationem explendam teneri cui sponte ac libere se subiecit canon iuris est quo non vulgatio alter.

Idque eo vel magis in casu tenendum esse ob duplicem rationem Capitulum edisserit, quia scilicet Canonicus Theologus seu Lectoralis «cum diei possit Canonicus Impunctatus, cum pro praesenti habeatur, est melioris conditionis caeteris Praebendatis quibus onus etiam legendi (praeter conciones etiam in Cathedrali impositas) in Seminario iniunctum est, ut ipsimet Magistrali, Doctorali ac Pœnitentiario, et tamen nec ulla retributione nec distributionibus gaudent; quapropter tota illius quærimonia immerito evadit. Et pro rerum capto si ab onere concionandi relaxaretur praedictus Theologus absque

»Praelati ac Capituli annuentia, alterius praeiudicii seu tertii damnum absque dubio sequeretur; nam quatuor conciones illi impositae vel á Magistrali etiam ultro ei designatae sunt habendae; vel Capituli seu Fabricae expensis, vel aliarum quidem Praebendarum a Praelato diminutione facta commendandae ac triplici in casu tertium damnum pati evidentissimum est».

Neque a tali obligatione laudatum Canonicum sese eximere Capitulum contendit praetextu quod sub *absentiae* nomine, de qua in litteris edictalibus sermo est, infirmitatis casus comprehendi nequeat; quandoquidem haec distinctio rectae interpretationis regulae refragari videtur. Sane cum per litteras edictales Episcopus et Capitulum de absentiae casu generice et ulla absque limitatione loquantur, quamcumque absentiam sive a voluntate, sive a necessitate inductam prae oculis habuisse praesumere faciunt.

Huiusmodi vero praesumptioni maius pondus addit observantia nonnullorum annorum quae postquam tale onus praebendis de officio dictis superadditum fuit illico exorta est. Siquidem in facto consistit, quod tam Poenitentarius quam Doctoralis hoc onus in casu infirmitatis per substitutum et suis expensis adimplent. Nec aliter sese gessit ipse Canonicus Lectoralis, qui, ut ipse fatetur, *gravissimo intercedente morbo, etiam convalescens, ab ipso Capitulo infirmitatis causa, illo ab onere fuit relaxatus*. Porro Canonico Lectorali opus ne erat Capituli relaxatione, si, quemadmodum modo propugnat, in infirmitatis casu, nulla adigebatur praedicandi obligatione?

Verumtamen, Capitulum subdit, necesse haud est ad praesumptiones et coniecturas confugere ut ostendatur Canonicum Lectoralem ad praedicandum propriis expensis teneri cum ipse infirmitate laborat, quandoquidem hanc fuisse mentem Capituli in litteris edictalibus edendis probari posse asserit ex testimonio quorundam Canonicorum etiamnum existentium, qui haec edicta convocatoria ediderunt, Quinimo Capitulum ulterius progrediens asserit huiusmodi onera non beneficiatis, sed beneficiis seu praebendis in Ecclesiae utilitatem et favorem tantum ante collationem et possessionem a Praelato cum Capitulo fuisse imposita ac superaddita iusta et necessaria suadente causa; ac proinde «propria beneficii onera evadunt, atque ad ea subeunda eo modo

»ii tenentur ac si agatur de primariis v. g. in casu de
»lectione S. Scripturae vel Theologiae, semper scilicet
»et in omnibus per se vel per substitutum.»

Hisce omnibus aliam observationem Capitulum addit, quam aestimatione et attentione dignam esse affirmat, quod scilicet admissa dispensatione a Canonico Lectorali reclamata «omnino pessumdaretur tabula concionum in hac nostra Ecclesia ab antiquis existens; »supposita infirmitatis causa ad relaxandum a tali onere, »Capitulares eximerentur a praedicatione, ex quo non »parum detrimenti ad ipsos fideles sequeretur.»

Rationum momentis a Capitulo adductis chorum agit Episcopus qui de suo voto requisitus inter alia haec perhibuit: «Item interpretatio Canonici Lectoralis sine »tertii praeiudicio praevalere non potest. In hac Ecclesia Cathedrali praeter conciones, quas habent Episcopus et ex officio Canonicus Magistralis caeteras expedire seu adimplere ad Capitulum semper pertinuit. Hodie nec Episcopo neque Capitulo ullum emolumentum est relictum ut huic necessitati attendatur, adeo ut ex »redditibus Fabricae Cathedralis possibile esset ut in augustia ad ipsam disponere cogerentur. Nondum hoc »accidit. quia cum omnes in bona voluntate sint, per »se vel per alios sacerdotes rogatos gratis necessitati satisfaciunt: si in aliquis vel ius suum praetergredi vel »ipsum ad rigorem exigere conaretur, forsitan qui voluntarie laborant retraherentur et oriretur conflictus.»

Hisce pro utraque parte enucleatis, grave ne sit EE. VV. ea qua pollent iuris scientia sequens dirimere.

Dubium.

An Canonicus Lectoralis infirmitate impeditus teneatur onus quatuor per annum concionum Litteris edictalibus ipsi impositum per substitutum et propriis expensis adimplere in casu.

Die 22 Aprilis 1882.

AFFIRMATIVE.

NECROLOGÍA.

Dia 25 del corriente pasó á mejor vida en esta Ciudad, de donde era natural, el respetable sacerdote reverendo P. Ignacio Vich y Mesquida capuchino esclaustrado y examinador sinodal de la Diócesi, á la edad de setenta y cinco años. Los vastos conocimientos del finado en las ciencias eclesiásticas, sus distinguidas cualidades como castizo escritor ascético, de lo cual ha dejado muestra en la novena de la Inmaculada, del Amor Hermoso, de la Divina Pastora, septenario de la Dolorosa, trecenario de S. Francisco de Paula, algunos sermones y otros trabajos que sabemos han quedado inéditos; la austeridad de vida é incansable laboriosidad en el confesonario y asistencia á los moribundos le habian granjeado general respeto y cordial estimacion en esta isla; y su muerte ha causado honda pena en el corazon de cuantos habia tenido ocasion de conocerle y ausiliarse de sus consejos. Que Dios nuestro Señor haya premiado con el galardón de los justos una vida tan llena de merecimientos.

A. E. R. I. P.

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de Villalonga.